

vari. Emphaticorum autem Meteororum, veluti Iridis, Halonum, pareliorum, Coronarum, Chasmatum, Trajectio- num, Virgarum, paraselenarum naturas fundamentis Opticis exponi necessum est. Quibus addenda sunt & lumina illa vaga, solitaria, gemina vel terna discurrentia noctu, sonoq; vocali stridentia: Ignes item fatui viatores nocturnos aggredientes. Hic nobis se contuentibus plane persuadet Optica nihil incredibile de illis omnibus existimare. Hæc enim prohibet fingi miracula, quæ talia nobis phsylica quandoque obtruderet. Imò operam ludi in phsyicis existimamus rectè sine Optica, non tam propter horum, quàm